

Band VII., Nr. 2526, Seite 385-386

Rudolf, Scholastikus und Offizial der Würzburger Kurie, entscheidet durch richterliches Urteil den Streit zwischen dem Komthur und den Brüdern des Johanniterspitals zu Hall einer- und den Weinsberger Bürgern Heinrich, Sohn des Burkard Buk, und Konrad auf dem Garten andererseits um den Wald Streitberg zu Gunsten der ersteren.

Ohne Ortsangabe, 1275. September 2.

In nomine domini. Amen. Cum inter commendatorem et fratres hospitalis sancti Johannis in Hallis ex una et Heinricum filium Burcardi dicti Buken et Conradum dictum super Orto cives in Winsberc ex parte altera super quadam silva, que Stripberch nominatur, orta esset materia questionis, ex parte commendatoris et fratrum predictorum fuit propositum coram nobis Rudolfo scolastico et officiali curie Herbipolensis, quod Heinricus et Conradus iam dicti ipsos de possessione silve, que Stripberch vulgariter appellatur, quam quiete et pacifice possederunt, per violentiam eiecerunt, unde petebant dictam silvam sibi restitui et dampna in ipsa silva illata resarciri, petebant etiam expensas in lite factas, protestabantur etiam faciendas tempore sententie declarandas. Lite itaque super huiusmodi petitione coram nobis legitime contestata frater Heinricus procurator commendatoris et fratrum predictorum quosdam testes ad intentionem suam fundandam produxit, quorum depositionibus publicatis, cum pars adversa infra terminum ad hoc constitutum nil probaret in dicta vel personas testium predictorum, petebat pars commendatoris et fratrum prefatorum, quod, cum per testes ex parte sua productos plene de intentione sua liqueret, causam ipsam deberemus diffinitive sententie calculo terminare. Nos vero servare viam iustitie cupientes partibus prefiximus terminum peremptorium ad diffinitivam sententiam audiendam, cumque in assignato termino idem commendator pro se et fratribus memoratis esset in nostra presentia constitutus et instanter peteret sententiam pro se ferri prefatique Heinricus et Conradus nec per se nec per procuratorem comparere curarent ultra terminum ipsum diutius exspectati, nos visis auditis et plenius intellectis iuribus et rationibus partium predictarum et super ipsis deliberatione prehabita diligenti Heinricum et Conradum cives in Winsberc memoratos commendatori et fratribus hospitalis in Hallis prefatis ad restitutionem silve predictae, que Stripberch nominatur, per diffinitivam sententiam condempnamus, eosdem cives nichilominus in triginta libris Hallensium ratione dampnorum in dicta silva datorum nec non expensarum in lite factarum taxatione ac iuramento prehabitis sententialiter condempnamus, ipsorum absentia divina repleta

II

presentia non obstante. In cuius rei testimonium presentem sententiam scribi fecimus et sigillo nostro muniri.

Actum anno domini MCCLXXV., IV. nonas Septembris, presentibus Frederico vicario Novi Monasterii¹, Conrado plebano in Belsenberch, magistro Hermanno rectore puerorum, fratre C. de Tierberch, fratre Ūlrico commendatore in Hallis, fratre Ūlrico custode hospitalis sancti Johannis Herbipolensis et aliis pluribus ad hoc notatis et rogatis testibus.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Abhängend ein Bruchstück des Siegels des Würzburger Scholastikus und Offizials Rudolf, spitzoval, (III. A. 2. a): Der untere Teil des stehenden hl. Kilians, ein Buch in der Linken auswärts haltend, von der Aufschrift noch erhalten: ANVS. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: *Sententia obtenta coram officiale ecclesie Herbipolensis super questione nemoris dicti Stritberc apud Affaltrach.*

¹Stift Neumünster in Würzburg.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 352 U 43

Überlieferung und Textkritik:

Original. Auch in den Diplomataren HStA Stuttgart H 14 Nr. 155, S. 109v, U 121 und Nr. 156, S. 4, U 3.

Regesten:

Zeitschrift Württembergisch-Franken, Bd. 9, 1, 77.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Belsenberg Wohnplatz (2432)

Belsenberg, Künzelsau, KÜN

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA

Tierberg Wohnplatz (2758)

Tierberg, Braunsbach, SHA

Weinsberg Wohnplatz (2238)

Weinsberg, HN

Würzburg, WÜ